Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8293
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ex relatu aliquorum tantum audie/sed proprio auditu percipit ab
hominibus utriusq; sexus/ non tantum in communi foro/
sed etiam in ecclesiarum multoriens choro. Quia
magnum peccatum est per iurare. quia qui per iurat
deum blasphemat quem pro teste invocat. Quia
per iurare. Secdm sanctum thomam 2a 2e q. 99. Nil
aliud est nisi deum pro teste invocare. Unde Sanctus
Hieronimus super ait dicit. Qui iurat/aut venerat/
aut diligit eum per quem iurat. Ideo teste deus tuus
sint quando invasi prelatis tuis obedire. Et qui in
obediens est prelatis suis in licitis/privatur participa=
tione omni bonorum in ecclesia dei factorum. Ut patet
per Sanctum Augustinum super illo Symbolo Aplorum
communionem sanctorum ubi dicit sic. Qui frangit
fidem sit hereticus. qui inobedient est sit scismaticus.
Et qui non habet caritatem sit excommunicatus.
Studeas igitur prelatis obedire. quia oportet te ra=
tionem de illo redde coram deo tuo Teste David. ps.
XXI. Vota mea dno reddam in conspectu timentium
eum. Ideo frater mi dilecte. non te delectet multi=
tudo turbarum te precedentium/et sequentium. plus qui
obediencia dei/et platorum tuorum/ quia non omnes qui
te precedunt/et qui te sequuntur/et qui tibi com=
municantur dicunt/vel iam dicunt Benedictus
qui venit in nomine dni osanna in excelsis ait evange=
lista. Sed proh dolor multi dicunt/et dicerunt. ma
ledictus qui venit in nomine diaboli de abyssis/qui
commovet ypocrisim per universam Yoerusalem sue Yoe=
rusalem terram. Et cum intrasset pragam civitatem.
commota est universa civitas dicens. Quis e hic.
Quidam dicebant/hic est predicator vere fidei. Alii
vero dicebant non/sed seducit turbas. Et sic frater
mi dilecte. quamvis plures tibi blandiuntur quorum
voluntatem implesti/et qui ex tuis promotionibus no
temporalis/et momentaneis utunt/oculo tamen
tibi diligenti prospice/ne aliquando preterea tibi ve
nenum in fame infundant acetis qui scorpio.
qui volens hominem infitere lignea lenitter limit
dormientem/et excitatus eum venenum sibi infun=
dit/quo maxime inflatur. nec mederi potest/nisi
magnis vallium. Itaq; frater mi dilecte. noli in
flari veneno superbie et iactancie ex lenitione
idest adulatione te precedentium. et te sequentium.
Sed mergere te in aquis vallium idest in humilitate